Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sed etiam seipso minor. et probatur: Et scribam super illum
nomen dei mei. et nomen ciuitatis dei mei nouae hierusalem
quae descendit de celo a deo meo. et nomen meum nouum.
Calamus quo nomen illud inscribitur. gratia spiritus sancti in
telligitur: per quam filii dei efficimur: Hoc enim quod dicit
scribam super illum nomen dei mei. i faciam illum esse filium
dei mei. ut sicut ego sum filius per naturam. ita et ille
sit per gratiam. Quod autem hoc per spiritum sanctum fiat. paulus
manifestat qui dicit. misit deus spiritum filii sui in corda
nra clamantem abba pater: Et ipse spiritus testimonium
reddit spiritui nro. quod sumus filii dei. Quod autem
dicit. et nomen ciuitatis [illegible] nouae hierusalem. subau
dtur. scribam super illum qui uicerit. ita et intelligen
dum. quia in numero sanctorum per donum spiritus sancti consorti
um merebitur. Hierusalem autem quae uisio pacis inter
pretatur de celo descendere a deo prohibetur: in capite
scilicet suo. cui unita est per fidem secundum quod alibi dicitur
nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. et
cetera. Vel certe in eo descendit de celo. quia quic
quid habet in fide & operibus bonis. celitus a deo per
petur. iuxta illud beati iacobi apli. Omne datum opti
mum et omne donum perfectum desursum est. et cetera. Bene
autem noua uocatur. quia uidelicet per lauacrum
regenerationis simul et spiritum dilectionis. uetustate
terreni hominis exspoliatur. et celesti nouitate
uestitur: Hinc apls dicit. Exuentes uos uetterem
hominem. induite nouum qui renouatur in agnitio
ne dei. Et alibi. Vetera transierunt. et facta sunt
omnia noua. Et nomen meum nouum. sub audis sup